



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 48. Quid præterea sit addendum circa pœnas simoniæ communis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

occasione susceptorum Ordinum, dimissorialium vel testimoniorum, ubi receptum est *Tridentini* Decretum hoc expressè vetans Sess. 21. c. 1. de Reformationibus, dicens per hoc utrimque incurri ipso facto pœnas Juris in Simoniacos.

214 Q. 48. *Quid præterea sit addendum circa pœnas Simoniae communis.* R. Seqq. §. 1. Si quis committat Simoniam in Sacramentis aliis, præterquam in Sacramento Ordinis; item si committat in consecrationibus, benedictionibus, dispensationibus, in Officio Ecclesiastico, v. g. Legati vel Delegati, in Jure Patronatus, in Vicaria temporalibus, & probabiliter in pensione vendenda, emenda vel redimenda, non incurrit pœnas, quia pœna tantum incurritur per Simoniam in Ordine, Beneficiis & Religionis ingresso, ita *Less. Sanch. Tann.* & alii cum *Dian. P. 11. T. 5. R. 20.* *Rayn. n. 3. Castrop. P. 25. Pirh. n. 101. 154. & seqq. Alloza v. Simonia Sect. 4. n. 45;* unde nec ille incurrit, qui acceptat pecuniam velut pretium Missæ, *Pasq. de Sacrif. Q. 922.* Addit *Dian. P. 4. T. 4. R. 157,* si Canonici Sede vacante convenirent inter se, ut qui ex ipsis ad interim eligeretur Vicarius Episcopalis, etiam reliquis communicaret partem emolumentorum, non incursum pœnas, quia licet hic Vicariatus sit aliquid spirituale, tamen non est beneficium: & idem est de Officialatu, cum partem contentiosam Jurisdictionis Episcopalis contineat, *Laym. Pias.* aliique cum *Du Hamel L. 1. c. 7. n. 6,* qui clare deducit ex *Conc. Turon. c. 11. & Lateran. sub Alex. III. c. 15.* Quamvis autem officia illa aliisque similia non sint strictè beneficia, tamen Jure divino sunt invendibilia, adeoque materia Simoniae. Addit iterum *Dian. R. 167. cum Sanch:* si Cajus emat Vicariatum Episcopi, nec Cajum teneri resignare,

nec

nec Episcopum teneri reddere pretium, sed de hoc ultimo dicitur postea à n. 237. Quid autem nomine beneficii veniat, diximus à num. 103.

§. 2. Provisio simoniaca est irrita saltem ²¹⁵
Jure positivo, & quamvis *Navar. Felin.* & alii cum *Fagn.* in Cap. *Nobis* 27. de Simonia à num. 67. dicant non esse irritam ipso facto, probabilius tamen est oppositum, uti docent plurimi cum *Pirb.* à n. 97, & ex Canonibus probat *Busenb.* referendus n. 236. Similiter licet *Nav. Less. Laym. Castrop. Chock.* apud *Lewr. P. 3. Q. 847.* dicant eos, qui dignitates vel beneficia permutant propria auctoritate, ipso Jure non amittere beneficia, ideoque posse propria auctoritate ad illa redire, saltem pro foro conscientiae, quamdiu per sententiam non privantur, uti videtur innui Cap. *Cum olim*, de rerum permutatione, tamen oppositum tenent *Suar. Cap. 57. num. 41. Garz. p. 11. c. 4. num. 59. Pirb. L. 3. T. 19. n. 24.* propter Extrav. 2. *De Simonia.* Vide dicta L. 1. n. 612. & hic num. 213.

§. 3. Per Simoniam in beneficio, quamvis incur- ²¹⁶
ratur excommunicatio, tamen non incurritur ipso facto suspensio ab officio vel beneficio, de hac enim nihil habent Jura, ita *Suar. Garz. Bonac. Dian. R. 18. Castrop. de Cens. d. 5. p. 10. §. 4. n. 1. Pirb. L. 5. Tr. 3. n. 164;* manet tamen talis perpetuo deponendus ab altaris ministerio five ab officio, & consequenter etiam à beneficio, *Pirb. n. 165.*

§. 4. Qui confert Ordines simoniace, ipso facto ²¹⁷
suspenditur à collatione omnium Ordinum, saltem per triennium, & interdicitur ingressu Ecclesiae; Ordinatus autem per propriam Simoniam, etiam ipso facto suspenditur ab Ordine, donec à Papa absolvatur, uti habetur Cap. *Si quis.* 45. de Simonia, & docent *Suar. Less. Pirb.* à num. 159:

K 2

proba 2

probabile tamen est ex multis AA. cum *Dian. R. 19.* suspensionem solum attingere Ordinem illum, qui simoniace est susceptus, non autem alios rite susceptos, qui (per se loquendo) licite exerceri poterunt.

218

§. 5. Quod ordinatus simoniace incurrat irregularitatem, docent *Alens. Rich. Comit. & alii*, sed probabilius negant *Suar. c. 56. n. 20. Less. c. 25. d. 24. Fill. Baun. & alii* cum *Dian. R. 17.* item *P. 1. T. 11. R. 113.* quia id ex nullo Jure probari potest; neque videtur infamia sufficiens, nisi Simonia esset notoria, uti habet *Avila*, & consentit *Megala*, si Simoniacus per sententiã fuerit damnatus, quia omnes infames sunt irregulares, per hoc autem esset infamis: hinc *Cap. Accusatum 4. & c. Quotiens 5.* de Simonia decernitur, ut accusatus & publice infamatus de Simonia, prohibeatur celebrare Missas & administrare Sacramenta, fiẽntque tales Simoniaci irregulares, si in excommunicatione vel suspensione solenniter exercent actum Ordinis ita suscepti, uti dicitur de Irregularitate.

219

§. 6. Docet *Baun.* apud *Dian. P. 4. T. 4. R. 17.* non incurri suspensionem per simoniacam collationem aut receptionem primæ Tonsuræ vel minorum Ordinum, nam probabiliter non sunt Sacramenta, nec censentur strictè Ordines; quam sententiam *Regin. L. 23. n. 124.* vocat probabilem, quod de prima Tonsura admitti potest; oppositum tamen probabilius est de Ordinibus minoribus, uti dicitur de Sacramento Ordinis.

220

Q. 49. *Quid addendum sit circa pœnas Simoniae confidentialis. &c.* Seqq. §. 1. Per illam, licet ex una tantum parte sit completa, incurritur ab utroque etiam inhabilitas ad quæcunque alia beneficia obtinenda, uti habent *Suar. c. 43. num. 13. & alii.*